

## Saint Luc, évangeliste

Samedi 18 octobre 2025

● 2ème classe

### INTROÏT *Psaume 138, 17*

**M**ihi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus : nimis confortatus est principatus eorum. **Ps. 138** Domine, probasti me et cognovisti me : tu cognovisti sessionem meam et resurrectionem meam. **V.** Glória Patri.

**J**e le vois, ô Dieu, vos amis sont comblés d'honneur, leur puissance a été pleinement affermie. **Ps. 138** Vous m'avez éprouvé, Seigneur, et vous m'avez connu le temps de mon repos et de mon lever. **V.** Gloire...

### COLLECTE

**I**ntervéniait pro nobis, quæsumus, Domine, sanctus tuus Lucas Evangelista : qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore, pro tui nominis honore, portavit. Per Dominum.

**N**ous vous en prions, Seigneur : que votre saint évangeliste Luc intercède pour nous, lui qui, pour la gloire de votre nom, a sans cesse porté dans son corps la mortification de la croix. Par...

### ÉPÎTRE *de saint Paul aux Corinthiens II. 8, 16-24*

**F**ratres : Grátias ago Deo, qui dedit eandem sollicitúdinem pro vobis in corde Titi, quóniam exhortatiónem quidem suscepit : sed cum sollicitior esset, sua voluntáte proféctus est ad vos. Mísimus étiam cum illo fratrem, cuius laus est in Evangélio per omnes ecclésiias : non solum autem, sed et ordinátus est ab ecclésiis comes peregrinatiónis nostræ in hanc grátiam, quæ ministrátur a nobis ad Dómini glóriam et destinátam voluntátem nostram : devitántes hoc, ne quis nos vitúperet in hac plenitúdine, quæ ministrátur a nobis. Providémus enim bona non solum coram Deo, sed étiam coram homínibus. Mísimus autem cum illis et fratrem nostrum, quem probávimus in multis sæpe sollicitum esse : nunc autem multo sollicitiorem, confidéntia multa in vos, sive pro Tito, qui est sócius meus, et in vos adiútor, sive fratres nostri, Apóstoli ecclésiárum, glória Christi. Ostensiónem ergo, quæ est caritátis vestræ, et nostræ glóriæ pro vobis, in illos osténdite in fáciem ecclésiárum.

### GRADUEL *Psaume 18, 5.2*

**I**n omnem terram exívit sonus eórum : et in fines orbis terræ verba eórum. *Ÿ.* Cæli enarrant glóriam Dei : et ópera mánuum eius annúntiat firmaméntum.

### ALLÉLUIA *Jean 15, 16*

**M**es frères, je rends grâces à Dieu, qui a mis la même sollicitude pour vous dans le cœur de Tite ; car non seulement il a bien accueilli notre prière, mais, plein d'empressement, il est parti chez vous de son propre gré. Nous avons aussi envoyé avec lui le frère dont toutes les Églises font l'éloge pour sa prédication de l'Évangile et qui, de plus, a été désigné par le suffrage des Églises pour être notre compagnon de voyage dans cette œuvre de charité que nous accomplissons à la gloire du Seigneur même et en témoignage de notre bonne volonté. Nous agissons ainsi pour que personne ne puisse nous blâmer au sujet de cette grande abondance de dons recueillie par nos soins ; car nous nous soucions de ce qui est bien non seulement devant Dieu, mais aussi devant les hommes. Avec eux nous avons encore envoyé notre frère, dont nous avons souvent éprouvé le zèle en mainte occasion et qui en déploie encore plus en celle-ci, à cause de la grande confiance qu'il a en vous. Ainsi Tite est mon compagnon et mon collaborateur auprès de vous ; quant à nos frères, ils sont les envoyés des Églises, la gloire du Christ. Donnez-leur donc à la face des Églises des preuves de votre charité et montrez que c'est avec raison que nous nous sommes loués de vous.

**L**eur voix a retenti par toute la terre et leurs paroles jusqu'aux extrémités du monde. *Ÿ.* Les cieux racontent la gloire de Dieu et le firmament annonce l'œuvre de ses mains.

**A**llelúia, allelúia. *Ÿ*. Ego vos elégi de mundo, ut eátis et fructum afferátis : et fructus vester maneat. Allelúia.

**A**llelúia, allélúia. *Ÿ*. C'est moi qui vous ai choisis du milieu du monde, pour que vous alliez et portiez du fruit, et que votre fruit demeure. Allélúia.

### + ÉVANGILE *selon saint Luc 10, 1-9*

**I**n illo témpore : Designávit Dóminus et álios septuagínta duos : et misit illos binos ante fáciem suam in omnem civitátem et locum, quo erat ipse ventúrus. Et dicebat illis : Messis quidem multa, operárii autem pauci. Rogáte ergo Dóminum messis, ut mittat operários in messem suam. Ite : ecce, ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolíte portare sáeculum neque peram neque calceaménta ; et néminem per viam salutavéritis. In quamcúmque domum intravéritis, primum dícite : Pax huic dómui : et si ibi fúerit filius pacis, requiéscet super illum pax vestra : sin autem, ad vos revertétur. In eádem autem domo manéte, edéntes et bibéntes quæ apud illos sunt : dignus est enim operárius mercede sua. Nolíte transíre de domo in domum. Et in quamcúmque civitátem intravéritis, et suscepérint vos, manducáte quæ apponúntur vobis : et curáte infirmos, qui in illa sunt, et dícite illis : Appropinquávit in vos regnum Dei.

**E**n ce temps-là, le Seigneur désigna encore soixante-douze autres disciples et les envoya devant lui, deux à deux, dans toutes les villes et dans tous les lieux où lui-même devait aller. Il leur dit : « La moisson est abondante, mais les ouvriers sont peu nombreux. Priez donc le Maître de la moisson d'envoyer des ouvriers dans sa moisson. Allez ! Voici que je vous envoie comme des agneaux au milieu des loups. Ne portez ni bourse ni sac ni chaussures, ne saluez personne en chemin. Dans quelque maison que vous entriez, dites d'abord : "Paix à cette maison." Et s'il s'y trouve un enfant de paix, votre paix reposera sur lui ; sinon elle reviendra sur vous. Demeurez dans cette maison, mangeant et buvant ce qu'il y aura ; car l'ouvrier mérite son salaire. N'allez pas de maison en maison. Dans quelque ville que vous entriez et où l'on vous recevra, mangez ce qui vous sera présenté, guérissez les malades qui s'y trouveront et dites-leur : "Le royaume de Dieu s'est approché de vous." »

### OFFERTOIRE *Psaume 138, 17*

**M**ihi autem nimis honoráti sunt amíci tui, Deus : nimis confortátus est principátus eórum.

**J**e le vois, ô Dieu, vos amis sont comblés d'honneur, leur puissance a été pleinement affirmée.

### SECRÈTE

**D**onis cælestibus da nobis, quæsumus, Dómine, libera tibi mente servíre : ut múnera, quæ deférimus, interveniénte beáto Evangelísta tuo Luca, et medélam nobis operéntur et glóriam. Per Dóminum.

## PRÉFACE DES APÔTRES

**V**ere dignum et iustum est, æquum et salutáre, Te, Dómine, suppliciter exoráre, ut gregem tuum Pastor ætérne non déseras : Sed per beátos Apóstolos tuos contínuá protectióne custódiás : Ut iisdem rectóribus gubernétur, quos óperis tui vicários eídem contulísti præesse pastóres.

Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militía cælestis exercitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes...

## COMMUNION *Matthieu 19, 28*

**V**os, qui secúti estis me, sedébitis super sedes, iudicántes duódecim tribus Israël.

## POSTCOMMUNION

**P**ræsta, quæsumus, omnípotens Deus : ut, quod de sancto altári tuo accévimus, précibus beáti Evangelístæ tui Lucæ, sanctíficet ánimas nostras, per quod tuti esse póssimus. Per Dóminum.

**P**ar ces dons célestes, donnez-nous, Seigneur, nous vous en prions, de vous servir d'une âme libre ; afin que, par l'intervention de votre bienheureux évangéliste Luc, les présents que nous vous offrons nous procurent la guérison et la gloire. Par...

**I**l est vraiment juste et nécessaire, c'est notre devoir et notre salut de vous supplier humblement, Seigneur, Pasteur éternel, de ne pas abandonner votre troupeau ; mais, par vos bienheureux apôtres, de le garder sous une continuelle protection, afin qu'il soit gouverné par les mêmes chefs que vous avez mis à sa tête comme pasteurs pour continuer votre œuvre.

C'est pourquoi, avec les Anges et les Archanges, avec les Trônes et les Dominations, avec toute la milice de l'armée céleste, nous chantons l'hymne de votre gloire, disant sans cesse...

**V**ous qui m'avez suivi, vous siégerez sur des trônes, et vous jugerez les douze tribus d'Israël.

**F**aitez, nous vous en prions, Dieu tout-puissant, que par les prières du bienheureux Luc, votre évangéliste, ce que nous avons reçu de votre autel sanctifie nos âmes, afin qu'ainsi nous puissions être en sécurité. Par...